

deretur expedire. Nunc dei motus spiritu, divini cultus augmentum procreare, sollicitus domum sepedictam sororibus, priorisse et conventui, que dicuntur „an der Mure“, et eis succedentibus omnibus et singulis deputavit tenendam ab ipsa maiori ecclesia seu capitulo pro annuo censu, una libra cere videlicet persolvenda predicto scolastico, qui sibi domus usufructum retinuit, cedente vel decedente, certa forma infra nominata possidenda. Placuit autem et est conventum, ut dicte sorores et eis succedentes pro tempore post ipsius cessionem vel mortem scolastici curiam ipsam inhabitent, jugiter ibidem deo famulantes, et pro ipso ac suis parentibus, fidelibus omnibus, vivis atque defunctis, sinceris affectibus dei misericordiam invocantes<sup>1</sup>. Nec ad usus alios domus ipsa possit ullo tempore quolibet ingenio devenire, nec liceat ipsam domum vel aliquid de pertinencijs vendere, permutare, aut aliquo modo detrudere, in parte vel in toto, sed ipsa curia locus claustralis permaneat, semper religiosorum collegio quasi dedicatus et in perpetuum divinis laudibus venerandus. Quod si contra hanc salutrem ordinationem ventura fuerit aliquo modo, eo ipso dictis sororibus seu collegio privatis jure habito, domus ipsa cedat capitulo absque cuiuslibet contradicione memorato, liberamque facultatem habeat disponendi de ipsa, quod ad honorem dei omnipotentis et gloriose virginis, sue genitricis Marie, juxta desiderium ipsius scolastici, complendum efficaciter magis debeat pervenire, maxime cum omnia sint nutu et auctoritate venerabilis patris [E]rhardi, dei gracia Constanciensis episcopi, ac ipsius consensu capituli ordinata provide et statuta. In cuius facti evidenciam presens instrumentum est confectum et sigillis predictorum, ipsius domini episcopi, capituli et sepedicti scolastici roboratum. Testes, H. decanus, G. prepositus maioris ecclesie, Ber. custos, H. prepositus sancti Stephani, L. prepositus Episcopalscelle, magister Walcho, magister Albertus de Phin, Rüpertus de Tannenvels, canonici Constanciensis ecclesie, Ulricus de Berge, Ber. et Cünradus, fratres de Anwille, milites, Cünradus dictus an der metzie, C. et H. fratres, dicti Spälu, C. et H. fratres, dicti de Tettikoven, H. dictus der Fric, C. dictus der Schalz, H. dictus Tuggewais, Ulricus, dictus Bizzinhover, Ulricus dictus Pfefferhart, C., dictus Hern Azzin, Hugo dictus der Gäte, et alij quam plures, item C. de Bissinhovin, sacerdos. Datum et actum Constancie anno domini M<sup>o</sup>CC<sup>o</sup>LXVI<sup>o</sup> pridie Kalendas Augusti, indictione nona.

Constanz. Copiebuch 8. fol. 54<sup>a</sup>.

<sup>1</sup> invovantes, Sf.

Nach der Urkunde vom 1. Mai 1317 verkauften die Priorin und der Convent von Löwenthal ord. s. Augustini, weil das Kloster mit „schweren Schulden und Ausgaben beladen“ war, welche es mit der „fahrenden Hab“ nicht decken konnte, an die Priorin und den Convent des Klosters Zofingen den Rudolfs Hof, gelegen im Dorfe Schuezenhausen nebst den dazu gehörigen Gütern um 90 Mark Silber Constanz. Währung, die baar bezahlt wurden. Datirt ist die Urkunde von Constanz im Predigerkloster, an der Mauer der Stadt gelegen, d. i. das Zofinger Kloster, welches also schon 1317 dem Prediger Orden übergeben war. Als Zeugen sind aufgeführt: Bruder Conrad von Ravensburg, Prior, Br. Hans von Klingenberg, Br. Hermann Sutter.

Copie im hiesigen Archive.

#### Löwenthal.

Stälin, würtemb. Gesch. 2, 739 gibt über Löwenthal aus Petri Suev. eccl. S. 511 einige Notizen. Nachstehende Urkunde und die Priorin Agnes waren ihm unbekannt. Die Urkunde ist wegen der Statistik der Domherren in Constanz von 1326 und des darin citirten Necrologs von Löwenthal beachtenswerth. Neugart episcopatus Constant. II. p. 444 gibt aus G. Mangolds Constanz. Chronik an, der Ritter Johann von Neu-Ravensburg und Tuta von Angelberg, seine Frau, hätten das Kloster Löwenthal bei Buchhorn (Friedrichshafen) im Landcapitel Theuringen 1251 gegründet oder nach einem Brande wieder hergestellt. Dieser Johann soll in Constanz Prediger-Mönch geworden sein, und seine Frau Tuta war die erste Priorin in Löwenthal. Im Codex diplom. Alem. II. p. 202 steht ein Erbpacht-revers von ihr vom 20. April 1255 über ein Gut, das dem Abt von St. Gallen gehörte. Ein jüngerer Wohlthäter des Klosters Löwenthal war Heinrich von Klingenberg, Bischof von Constanz, der 1306 starb und in seinem 1299 abgefaßten Testamente: monasterio Loewenthal III. marcas vermachte. S. Neugart episcop. Constant. II. p. 488. Im Constanz. Copiebuch 8 S. 5<sup>b</sup>. steht in diesem Testamente: ad claustrum Loewenthal tres marcas. Wo sich jetzt das Necrolog von Löwenthal befindet, gibt Stälin a. a. O. nicht an.

#### 2. Juni 1336.

Reverendis in Christo patribus et dominis, Rüdolfo de Monteforti, dei gracia episcopo, Diethelmo de Stainegge, preposito, Johanni de Torberch, decano, Rüdolfo de Liebegg, preposito Episcopalscelle, Nicolao de Frov-

<sup>1</sup> Die Sf. hat füllschick — us.